fidei vestræ in pœnis ardentem animam divitis, quam nihil adjuverunt omnes honores et obsequia, quæ mortuo corpori ejus viventium vanitas præbuit.

XXVI. Sed quia multa sunt genera peccatorum, et non esse peccatorem difficile est, aut fortasse in hac vita non possibile, subjecit statim cujus generis peccatorum esset mors pessima. « Et qui oderunt justum, inquit, delin- » quent[1]. » Quem justum, nisi eum qui judicat impium[2]? Quem justum, nisi Dominum Jesum Christum, qui est etiam propitiatio peccatorum nostrorum[3]? Qui ergo hunc oderunt, mortem pessimam habent : quia in peccatis suis moriuntur, qui per eum Deo nostro non reconciliantur : « Redimet enim Dominus animas servorum suorum[4]. » Secundum animam enim intelligenda est mors aut pessima, aut optima; non secundum corporum aut contumelias, aut honores quos homines vident. « Et non delin- » quent omnes qui sperant in eum[5]. » Iste est modus humanæ justitiæ, ut vita mortalis quantumlibet proficiens, quia sine delicto esse non potest, in hoc non delinquat, dum sperat in eum, in quo est remissio delictorum. Amen.

[1] Psal. xxxiii, 22. — [2] Rom. iv, 5. — [3] I Joan. ii, 2. — [4] Psal. xxxiii, 23. — [5] Ibid.

FINIS TOMI CENTESIMI DECIMI-QUARTI.

ANNOTATIONES.

ANNOTATIONES IN LIB. JOB.

Annotatio (1) pag. 51.

Mendum est in codice Augustini, siquidem apud lxx legitur θρόνου, et in Vulgata *solii*, ubi sic legitur : *qui tenet vultum solii sui.*

Annotatio (2) pag. 56.

Editi, *gravis*, corrupte pro *gabis*, voce hebræa, quam quidem lxx retinuerunt : Symmachus vero vertit ὑπερημένα. Vulgata *eminentia*. Hieronymus de nominibus hebraïcis in Job interpretatur, *altitudinem confusionis* : alii denique ignotum quoddam gemmæ genus significare putant.

Annotatio (3) pag. *ibid.*

Legisse videtur Augustinus, *atque* pro *aquæ*, sive *aquarum mensuras*, quæ vera Scripturæ lectio est; nam Vulgata nostra habet : *Qui.... aquas appendit in mensura.*

ANNOTATIO (4) pag. 79.

In manibus. Circa hoc Augustinus idcirco hærebat quod a veteribus constanter per *n* scribi soleret vox ipsa composita *inmanis*; sicque etiam in antiquis libris passim reperias *inmensus*, *inbutus*, *inlatus*, *inpunis*, etc. porro in græco LXX habetur ἐπὶ χειρῶν.

ANNOTATIONES IN PSALMOS.

ANNOTATIO (5) pag. 159.

Turbatus est ab ira, etc. De hac parte versiculi 8, consule Enarrationem I in Psal. XXXVI. De altera parte ejusdem versiculi, vide Enarrationem Psalmi CII.

ANNOTATIO (6) pag. 224.

Manichæi nimirum, qui in lib. I de Genesi contra Manichæos, cap. 3, et in lib. II, cap. 25, solem adorare, eique genuflectere in libro de moribus Manichæorum, cap. 8, n. 18. et orationes demum ad solem, quaquaversum circumit, per diem fundere narrantur in lib. de hæresibus.

ANNOTATIO (7) pag. 225.

Tangit illud quod, versante inter persecutionum procellas Ecclesia, commissum est traditionis crimen; quod quidem Catholicis calumniose objectabant Donatistæ, quando potius majores ipsorum quidam gestis municipalibus probabantur sacros codices et Ecclesiæ instrumenta

persecutoribus tradidisse, uti scribit Augustinus in Epistola nunc ordine LXXVI, n. 2, et in CV, n. 2. *Utique ostenderemus*, ait, *vobis quia potius illi traditores fuerunt, qui Cæcilianum* (Carthaginensem episcopum) *et socios ejus quasi traditionis crimine damnaverunt*.

ANNOTATIO (8) pag. 226.

Macariana tempora, quibus se a Catholicis diram persecutionem passos esse Donatistæ querebantur, pertinent ad annum circiter 348, quo Macarius et Paulus venerunt in Africam, eo a Constante missi, ut egenorum inopiam largitionibus levarent, utque schismaticos revocarent ad unitatem catholicam. De his Optatus Milev. in lib. III. Augustinus in Epist. XLIV, n, 4, 5, etc.

ANNOTATIO (9) pag. 249.

Scilicet in codicibus quibusdam est υἱῶν, *filiis* : in aliis ὑῶν, *porcis* : aut, ὑείων, *porcinis*, sive *porcina*. De eodem versiculo 14 tractat Augustinus in Epistola CXLIX ad Paulinam, data circiter an. 414, ibique n. 5 scribit : *Recensui brevissimam quamdam ejusdem Psalmi expositionem, quam jam olim dictaveram*. Hæc igitur expositio dictata fuit longe ante annum 414.

ANNOTATIO (10) pag. 283.

Hunc ipsum Psalmum XXI exponit Augustinus in Epistola ad Honoratum, quæ nunc ordine est CXLIX. De versiculo 2 agitur in Enarratione Psalmi XXXVII, item et Psalmi XLIII; in Præfatione Enarrationis I Psalmi LVIII et in

Enarratione Psalmi LXXXVII; sicut et versiculus 3 tractatur in Enarratione Psalmi LIII.

ANNOTATIO (11) pag. 296.

Non sic in superiore Enarratione, sed juxta Vulgatam interpretationem legebat : *Spes mea ab uberibus*, etc.

ANNOTATIO (12) pag. 301.

Bagai et Tamugade : præcipua fuerunt oppida a Donatistis occupata.

ANNOTATIO (13) pag. 326.

Non commemorat id quod forte nonnisi post contigit in Carthaginis collatione, ubi Donatistæ sedere cum Catholicis noluerunt, dicentes consessum cum impiis prohiberi hoc Psalmo. Quibus responsum fuit ipsos ergo, quia simul ingressi erant, peccasse in illud : *Et cum iniqua gerentibus non introibo*, Psalmumque de ingressu et consessu spiritali, non de corporali agere monstratum est.

ANNOTATIO (14) pag. 331.

Extat ea de re Constantini lex in Theodosiano codice, lib. XVI, tit. de Episcopali judicio, data ad Ablavium præfectum Prætorii, qua sancit imperator, ut *sententiæ episcoporum quolibet genere prolatæ, inviolatæ semper incorruptæque serventur*, utque *omnes causæ quæ vel prætorio jure vel civili tractantur, Episcoporum sententiis terminatæ, perpetuo stabilitatis jure firmentur.*

ANNOTATIO (15) pag. 351.

Respicit forte ad Pelagii errorem, invectum in Africam, anno 411.

ANNOTATIO (16) pag. 352.

Romanam rempublicam notat, senescentem veluti ad deficientem a tempore vastatæ Italiæ, anno 406, et captæ Urbis anno 410.

ANNOTATIO (17) pag. 404.

Hinc intelligere est primum istum, duosque subsequentes in Psalmum XXX tractatus habitos in peregrino loco fuisse extra Hipponensem Ecclesiam.

ANNOTATIO (18) pag. 431.

Παντόμιμος, saltator, qui mores et affectus quoslibet gestu exprimebat. Vide lib. II de Doctrina christiana, cap. 25.

ANNOTATIO (19) pag. 473.

Consule sermonem de Diversis CXV, cap. 5, ubi hæc ipsa res luculentius refertur, eoque ex loco, uti et ex proxime subsequenti Enarrationem n. 9, intelliges hos de Psalmo XXXII tractatus habitos fuisse in Ecclesia ubi Cypriani Martyris corpus jacebat.

ANNOTATIO (20) pag. 528.

Quæstionarius idem est atque carnifex. Unde vetus scholiastes Juvenal. Sat. VI, ad illud : *Sunt quæ tortoribus annua præstent*, annotat, *salaria quæstionariis sive carnificibus*. Et in martyris Marcianæ Actis n. 3, legitur : *Iratus judex talibus dictis virginem Deo dicatam, quæstionariarum manibus alapis cæsam, in ludo gladiatorio jussit includi.*

CONCORDANTIA

BIBLIOTHECÆ LATINÆ CUM GALLICA.

BIBLIOTHECA LATINA.		BIBLIOTHECA GALLICA.	
Annotationes in lib. Job. pag.	3	Vide plura de iisdem, tom. xxi.	pag. 401 et seq.
Enarrat. in Psalmum iv.	132	Ibid.	403-404
— in Psalmum vi.	152	Ibid.	405-406
— in Psalmum ix.	197	Ibid.	406-407
— in Psalmum x.	221	Ibid.	407-408
— in Psalmum xviii.	261	Ibid.	408
— in Psalmum xxi.	283	Ibid.	408-410
— in Psalmum xxv.	317	Ibid.	410-411
— in Psalmum xxvi.	333	Ibid.	411-416
— in Psalmum xxx.	382	Ibid.	416-427
— in Psalmum xxxi,	433	Ibid.	427

INDEX

TOMI CENTESIMI DECIMI-QUARTI.

ANNOTATIONES IN LIB. JOB.

LIBER UNUS.

Annotationes in Job. *pag.* 3

ENARRATIONES IN PSALMOS.

Enarratio in Psalmum I. 113
— in Psalmum II. 117
— in Psalmum III. 122
— in Psalmum IV. 132
— in Psalmum V. 140
— in Psalmum VI. 152
— in Psalmum VII. 164
— in Psalmum VIII. 184
— in Psalmum IX. 197
— in Psalmum X. 221
— in Psalmum XI. 232
— in Psalmum XII. 235
— in Psalmum XIII. 237
— in Psalmum XIV. 241
— in Psalmum XV. 243
— in Psalmum XVI. 246
— in Psalmum XVII. 250

Enarrat. i. in Psalmum XVIII. pag. 261
— ii. in eumdem Psalmum XVIII. 265
— in Psalmum XIX. 277
— in Psalmum XX. 280
— i. in Psalmum XXI. 283
— ii. in eumdem Psalmum XXI. 289
— in Psalmum XXII. 308
— in Psalmum XXIII. 309
— in Psalmum XXIV. 312
— i. in Psalmum XXV. 317
— ii. in eumdem Psalmum XXV. 319
— i. in Psalmum XXVI. 333
— ii. in eumdem Psalmum XXVI. 337
— in Psalmum XXVII. 357
— in Psalmum XXVIII. 359
— i. in Psalmum XXIX. 362
— ii. in eumdem Psalmum XXIX, Sermo ad populum. 365
— i. in Psalmum XXX. 382
— ii. in eumdem Psalmum XXX, Sermo I. De principio Psalmi. 388
— iii. in eumdem Psalmum XXX, Sermo II. De medio Psalmi. 404
— iv. in eumdem Psalmum XXX, Sermo III. De fine Psalmi. 419
— i. in Psalmum XXXI. 433
— ii. in eumdem Psalmum XXXI, Sermo ad plebem. 448
— i. in Psalmum XXXII. 465
— ii. in eumdem Psalmum XXXII, Sermo I. De prima parte Psalmi. 469
— iii. in eumdem Psalmum XXXII, Sermo II. De altera parte Psalmi. 477
— i. in Psalmum XXXIII, Sermo I. De titulo Psalmi. 507
— ii. in eumdem Psalmum XXXIII, Sermo II. De Psalmo. 519
Annotationes. 545
Concordantia. 551

EXPLICIT INDEX.

CAPILLA ALFONSINA
U. A. N. L.

Esta publicación deberá ser devuelta antes de la última fecha abajo indicada.

BR65
A5
v.7
1835-42
44663

AUTOR
AGUSTIN, SAN, Obispo de Hipona